Salzburg (?), Ende 15. Jh.

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=979
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



pulsamulias dixerunt ei. Domine
nonne bonum semen seminasti in
agro tuo. Unde ergo habet zizania.
Et ait illis. Inimicus homo
hoc fecit. Servi autem dixerunt ei.
Vis imus et colligimus ea. At
ait. Nō. Ne forte colligentes
zizania eradicetis simul cum eis
triticum. Sinite utraque crescere
usque ad messem. et in tempore messis
dicam messoribus. Colligite
primum zizania et alligate ea
fasculis ad comburendum. tritic
autem congregate in horreum
meum. Ifia vj. Ad corinthios. vj.

Fratres. Nescitis quia iniqui
regnum dei non possidebunt.
Nolite errare neque fornicarii.
neque idolis seruientes. neque ad
ulteri neque molles. neque masculo
rum concubitores. neque fures.
neque auari. neque ebriosi. neque
maledici. neque rapaces regnum
dei possidebunt. Et hec quidem fui
stis sed abluti estis sed sanctificati
estis sed iustificati estis. In nomi
ne domini nostri ihu xpi et in spiritu dei nri.

Sequentia sancti ihu secundum matheum. xiij.

Dixit dominus hanc parabolam. Simile est regnum celorum grano sinapis. quod
accipiens homo seminauit in a
gro suo. quod minimum quidem est
omnibus seminibus. cum autem cre
uerit maius est omnibus holeribus
et fit arbor ita ut volucres celi
veniant et habitent in ramis eius.
Aliam parabolam locutus est eis
dicens. Simile est regnum celorum
fermento quod accipiens mulier ab
scondit in farine satis tribus
donec fermentatum est totum.
Hec omnia locutus est ihs in pa
bolis ad turbas et sine parabolis
non loquebatur eis ut adimple
retur quod dictum est per ysaiam di
centem. Aperiam in parabolis os meum
eructuabo abscondita a
constitutione mundi. Offertorium.

Salus populi ego sum dicit dominus
de quacumque tribulatione clamauerint ad me exaudiam
eos et ero illorum dominus in perpetuum. Ps.
Attendite popule meus legem meam inclina
te aurem vestram in verba oris mei.

Oremus. Omnipotens sempiterne deus da nobis
humilem ad vsum animam
spiritualem cordis. ut mente et
corpore pariter expediti que tua sunt
liberis mentibus exequamur. Per.

Fratres. Ke Ad ephesios. iiij.

Nouamini spiritu mentis vestre
et induite nouum hominem qui
secundum deum creatus est in iustitia
et sanctitate veritatis. Propter quod
deponentes mendacium loquimini
veritatem unusquisque cum proximo
suo. quoniam sumus inuicem mem
bra. Irascimini et nolite peccare.
Sol non occidat super iracundiam
vestram. Nolite locum dare diabo